Η

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ

Τῆς Χριϛιανικῆς Θρησκείας

ΣΥΝΤΟΜΩΤΕΡΑ·

SIVE,

CATECHESIS

RELIGIONIS CHRISTIANÆ COMPENDIOSIOR,

A Conventu

Venerandorum *Magnæ Britanniæ* Theologorum, qui *Westmonasterii* consederant, Supremi Senatûs jussu concinnata, in Linguam Græcam pariter & Latinam traducta, & in lucem edita.

Operâ & Studio

JOANNIS HARMARI,

Linguæ Græcæ apud Oxonienses Prælectoris Regii.

LONDINI,

Prostant venales apud omnes ferè Bibliopolarum Officinas, 1698.

ECCLESIÆ,

ACADEMIARUM,

ET

GYMNASIORUM,

Intra

Magnæ Britanniæ

Fines, aut alibi Florentium;

Hanc Christianæ Religionis

Summam Græcè & Latinè redditam Judicio & Censuræ,

JOANNES HARMARUS, &c.

Quàm Humillimè & Debito cum Obsequio subjicit.

Ad Lectorem Benevolum.

AUtoritate Parlamenti Magni *hujus Regni* Concilii, *paucis abhinc annis, Nominatiſſimi* Britanniarum *Theologi* Weſtmonaſterium *ſunt accerſiti, ut certum aliquod, & ἀναντιῤῥήτως verum, de rebus ad Chriſtianam Religionem ſpectantibus, ſtatuerent.*

Illi dicto audientes, hoc opus confeſtim ſunt aggreſſi, &, præter Catholicæ Fidei Confeſſionem, *ab adultis præcipuè legendam & intelligendam,* Catecheſin *etiam meditati ſunt, ut per hanc faciliorem docendi methodum,* αὐτοφερονήσει *tum diſcentem*

discentem populum, tum etiam docentem Clerum imbuerent; ut hâc etiam ratione, nec imperita plebecula in Hæreses difflueret; nec Ecclesiæ Ministri in Partes dissilirent.

Cùm autem hæc Catechesis, *tantæ molis esset, ut non potuerit à Præceptoribus, vel commodè doceri, vel citò à discipulis edisci; visum est illis, fusiorem illam in compendium redigere, & quasi, relictis nervis, resecare musculos, uberiores nimirum* Doctrinarum *Explicationes.*

Neque tamen brevior hæc ex ampliore nata, tam exsanguis est & strigosa, ut omnia Christianæ Religionis Dogmata, *scitu necessaria, non suppeditet; nec tam est brevitate sua perplexa & obscura ut vel* Neophytis *crucem defigat.*

Præ-

Præterea, Hæc *tam vera est, & sacræ Scripturæ tam ubique consona, (quod ego sciam) & juventuti tam accommoda, ut nihil opus sit ad exteros convolare, nedum illud ab iis emendicare, quod hic apud nos domi nascitur. Atqui verò, (quæ nostra est* κακοστομαχία*) nostratia non usquequaque probantur à nostratibus, quorum oculos Præjudicii glaucoma opplevit.*

Sed quid ego in illos involem, cùm multi in procinctu stent, item eruditissimi, quorum interest suis patrocinari scriptis?

Mihi certè abundè erit, si brevioris hujus Catecheseos Versiones *meæ eruditorum calculo comprobentur; & si* Linguæ Græcæ *&* Latinæ *Candidati, unâ eâdémque*

operâ Χριστιανίζωσιν, Ἑλληνίζωσι καὶ Λατινίζωσιν. *Hæc voti mei ſumma eſt.* Παροράματα, *ſive* Errata *quod attinet, de illis Editione repetitâ accuratiùs videro. Et ſi vel* Toga, *vel* Pallium *levidenſius, quàm par eſt, cuiquam videatur, incommodum illud, ubi per tempus licuerit, reſarcietur. Meminerit interim Lector Candidus Græcorum illam non incelebrem ſententiam,* Ἁμαρτάνει καὶ σοφοῦ σοφώτερος· *& illud* Eraſmi ; Ità emendantur libri, ut homines.

Vale.

Dat. *Oxoniâ* 5°.
Kalendas *Aprilis*,
1 6 5 9.

Monita Sacra.

1 Pet. 2. 2.

Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε.

Heb. 5. 12.

Τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ.

Luc. 1. 4.

Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης, λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

Gal. 6. 6.

Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι.

1 Cor. 9. 14.

Ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ Ἐυαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ Ἐυαγγελίου ζῆν.

Phil. 4. 8.

Ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε.

2 Cor. 6. 8.

Διὰ δυσφημίας, καὶ Ἐυφημίας.

Catechesis Compendiosior.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτησις 1. ΤΙ' ἐστι τὸ κυριώτατον τέλος τοῦ ἀνθρώπου;

Μαθητής.

Ἀπόκρισις. Τὸ κυριώτατον τέλος τοῦ ἀνθρώπου, ἐστὶ, τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἔχειν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 2. Ποῖον δέ τινα κανόνα προὔθηκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς οἷον κατευθύνειν ἡμᾶς ὃν τρόπον δοξάζωμεν αὐτὸν, καὶ μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἔχωμεν;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ (ταῖς τῆς Παλαιᾶς τε, καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης Γραφεῖς ἐμπεριεχόμενος) μόνος ἐστὶ κανὼν, οἷος κατευθύνειν ἡμᾶς, ὃν τρόπον δοξάζωμεν αὐτὸν, καὶ μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἔχωμεν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 3. Τί δ' αἱ Γραφαὶ μάλιστα διδάσκουσι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Αἱ Γραφαὶ μάλιστα διδάσκουσι, τί δεῖ τὸν Ἄνθρωπον πιστεύειν περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ποῖον καθῆκον ὁ Θεὸς παρὰ τοῦ Ἀνθρώπου ἀπαιτεῖ.

Διδά-

Catechesis Compendiosior.

Præceptor.

Interrog. 1. *QUis est præcipuus finis Hominis?*

Discipulus.

Responsio. Præcipuus finis Hominis, est, glorificare Deum [a], ipsóque frui in æternum [b].

a Joan. 1. 3, 4. 1 Cor. 10. 31. Rom. 11. 36. b Psal. 73. 24, &c.

Præceptor.

Inter. 2. *Quam normam proposuit nobis Deus, ad nos instituendos comparatam, quo modo glorificemus eum, ipsóque fruamur?*

Discipulus.

Respons. Verbum Dei, in Veteris, Novíque Testamenti [c] Scripturis comprehensum, norma est unica ad nos instituendos comparata, quo modo glorificemus Deum, ipsóque fruamur [d].

c 2 Tim. 3. 16. Ephes. 2. 20. d 1 Joan. 1, 3, 4.

Præceptor.

Inter. 3. *Quid Scripturæ potissimùm docent?*

Discipulus.

Respons. Scripturæ duo potissimum docent; quid sit homini de Deo credendum, & quid sit id officii, quod ab homine Deus exigit [e].

e 2 Tim. 1. 13. & 1. 15.

 Præcep-

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 4. Τί δ' ἐστιν ὁ Θεός;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Θεός ἐστι πνεῦμα, ἄπειρον, ἀΐδιον, ἀπαράλλακτον τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ Σοφίαν, καὶ Δύναμιν, καὶ Ἁγιωσύνην, καὶ Δικαιοσύνην, καὶ Ἀγαθωσύνην, καὶ Ἀλήθειαν.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 5. Μῶν πλείους τοῦ ἑνός εἰσι θεοί;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Εἷς, καὶ μονώτατός ἐστιν ὁ ζῶν καὶ ἀληθινὸς Θεός.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 6. Πόσαι ὑποστάσεις εἰσὶν ἐν τῇ Θεότητι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τρεῖς εἰσὶν ὑποστάσεις ἐν τῇ Θεότητι, ὁ Πατὴρ, δηλαδὴ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα καὶ αὗται αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, ὁμοούσιοι, καὶ ἰσοδύναμοι, καὶ ἰσότιμοι, εἷς Θεὸς ὑπάρχουσι.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 7. Τί δ' εἰσιν αἱ ὡρισμέναι Βουλαί τοῦ Θεοῦ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Αἱ ὡρισμέναι Βουλαὶ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν ἄλλ' εἰσὶν, ἢ ἀΐδι☉ αὐτοῦ Πρόθεσις, κατὰ τὴν Βουλὴν τοῦ Θελήματ☉ αὐτοῦ, καθ' ἣν, εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν, προώρισε πᾶν ὁτιοῦν συμβαίνει.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 8. Πῶς ὁ Θεὸς τὰς αὐτοῦ ὡρισμένας Βουλὰς ἐπιτελεῖ;

Præceptor.

Inter. 4. *Quid est Deus?*

Discipulus.

Respons. Deus est Spiritus [f], infinitus [g], æternus [h], immutabilis [i], quoad essentiam [k] suam, sapientiam [l], potentiam [m], sanctitatem [n], justitiam, bonitatem, & veritatem [o].

Præceptor.

Inter. 5. *Suntne Dii plures Uno?*

Discipulus.

Respons. Unus tantùm est [p], vivens idem verúsque Deus [q].

Præceptor.

Inter. 6. *Quot Personæ sunt in Deitate?*

Discipulus.

Respons. Tres Personæ sunt in Deitate, videlicet, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus [r], & hæ tres, quoad substantiam eædem, quoad potentiam, & gloriam, inter se æquales [s], sunt Unus Deus.

Præceptor.

Inter. 7. *Quid sunt Decreta Dei?*

Discipulus.

Respons. Decreta Dei, sunt, æternum ejus propositum secundùm voluntatis suæ consilium; quo, in suam ipsius gloriam, prædestinavit, quicquid accidit [t].

Præceptor.

Inter. 8. *Quomodo Deus Decreta sua exsequitur?*

f Joan. 4. 24.
g Job 11. 7, 8, 9.
h Psal. 90. 2.
i Jacob. 1. 17.
k Exod. 3. 14.
l Psal. 146.
m Rev. 4. 8.
n Rev. 15. 4.
o Exod. 34. 6. 7.
p Deut. 6. 4.
q Jer. 10. 10.
r Mat. 28. 19.
s 1. Joan. 5. 7.
t Eph. 1. 4. 11. Rom. 9. 22, 23.

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖ τὰς αὐτοῦ ὡρισμένας βουλὰς ἐν τοῖς τῆς Κτίσεως, καὶ τῆς Προνοίας ἔργοις.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 9. Τί δ' ἐστι τὸ τῆς Κτίσεως ἔργον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ τῆς Κτίσεως ἔργον ἐστὶν ἡ Κοσμοποιΐα ἐξ οὐδενὸς, παρὰ Θεοῦ, διὰ τοῦ Λόγου τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν ἓξ ἡμέραις, καὶ τὰ πάντα, ὅσα ἐποίησεν, ἦν καλὰ λίαν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 10. Ποταπὸν ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν Ἄνθρωπον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν Ἄνθρωπον, Ἄρσεν, καὶ Θῆλυ, κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, ἐν τῇ γνώσει, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἁγιωσύνῃ, καὶ ἵνα τῶν κτισμάτων κατακυριεύσῃ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 11. Τίνα δ' ἐστὶ τὰ τῆς Προνοίας τοῦ Θεοῦ ἔργα;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὰ ἔργα τῆς Προνοίας τοῦ Θεοῦ καθορᾶται ἐν τῷ αὐτὸν ἁγιωτάτως, καὶ σοφωτάτως, καὶ ἰσχυροτάτως διασώζειν τὰ ξύμπαντα αὐτοῦ κτίσματα, καὶ ἐν τῷ δεσπόζειν αὐτῶν, καὶ πασῶν πράξεων καὶ ὁρμῶν τῶν αὐτῶν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 12. Τί ἐξαίρετον τῆς Προνοίας ἔργον καὶ ἐπίδειγμα ὁ Θεὸς τῷ Ἀνθρώπῳ παρεῖχεν, ἐν ᾗ καταστάσει ἐκτίσθη;

Discipulus.

Respons. Deus Decreta sua exsequitur in operibus Creationis & Providentiæ.

Præceptor.

Inter. 9. *Quid est opus Creationis?*

Discipulus.

Respons. Opus Creationis est Fabricatio Mundi ex nihilo, à Deo, potentiæ suæ verbo, præstita, spatio sex dierum; omniáque quæ fecerat, erant valdè bona [u]. u Gen. 1. Heb. 11. 2.

Præceptor.

Inter. 10. *Qualem Deus hominem creavit?*

Discipulus.

Respons. Deus creavit hominem marem & fœminam, ad suam ipsius imaginem, in cognitione, justitiâ & sanctitate, ut imperium haberet in creaturas [x]. x Gen. 1. 26, 27, 28. Col. 3. 10. Eph. 4. 24.

Præceptor.

Int. 11. *Quænam sunt opera providentiæ Dei?*

Discipulus.

Respons. Opera Providentiæ Dei cernuntur in ejus sanctissimâ [y], sapientissimâ [z], potentissimâque conservatione [a], & gubernatione creaturarum [b] suarum, & omnium actionum motuumque earundem. y Ps. 145. 17. z Ps. 104. 24. Isa. 28. 29. a Heb. 1. 3. b Ps. 103. 19.

Præceptor.

Inter. 12. *Quodnam singulare Providentiæ suæ opus & specimen præstitit Deus Homini, in eo statu quo fuit à Deo creatus?*

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Θεὸς τὸν Ἄνθρωπον δημιουργήσας, τὴν διαθήκην τῆς ζωῆς αὐτῷ διέθετο, εἰσπραττόμενος αὐτὸν τὴν ὑπακοὴν, τὴν ἀκριβῶς τελείαν· ἅμα μὲν κωλύων αὐτὸν φάγεσθαι ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ ἀφηνιάσαντι, τὴν τοῦ θανάτου ζημίαν ἀπειλήσας.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 13. Μῶν οἱ γονεῖς ἡμῶν πρωτόπλαστοι διέμειναν ἐν ᾗ καταστάσει ἐκτίσθησαν;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Οἱ γονεῖς ἡμῶν πρωτόπλαστοι τῷ αὐτῶν αὐτεξουσίῳ ἐπιτραπέντες τῷ Θεῷ προσκρούσαντες ἀπὸ τῆς καταστάσεως ἐν ᾗ ἐκτίσθησαν, κατέπεσον.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 14. Τί δ' ἐστιν ἁμαρτία;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἁμαρτία ἐστὶν ὁποιατισοῦν ἀναρμοσία πρὸς τὸν Θεῖον Νόμον, ἢ τοῦ αὐτοῦ παράβασις.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 15. Ποία δέ τις ἦν ἁμαρτία ἐκείνη, δι' ἣν οἱ γονεῖς ἡμῶν πρωτόπλαστοι τῆς καταστάσεως ἀπέπεσον, ἐν ᾗ ἐκτίσθησαν;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἁμαρτία δι' ἣν οἱ Πρόγονοι ἡμῶν τῆς καταστάσεως ἀπέπεσον ἐν ᾗ ἐκτίσθησαν ἔκειτο ἐν

τῷ

Discipulus.

Respons. Ubi Deus hominem creâsset, fœdus vitæ cum illo pepigit, scil. hâc lege, ut homo perfectam obedientiam ipsi præstaret; prohibens illum manducare de Arbore discernendi Bonum & Malum; simul &, ab eo morem non gerente, mortis [c] pœnam esse luendam interminatus. c Gal. 9. 12. Gen. 2. 17.

Præceptor.

Inter. 13. *Num parentis nostri protoplasti, in eo statu, quo sunt creati, perseverârant?*

Discipulus.

Respons. Parentes nostri protoplasti liberæ voluntatis suæ arbitrio permissi, peccando in Deum, de statu, in quo sunt creati, deciderant [d]. d Gen. 3. 6,7,8,13. Eccles. 7. 29.

Præceptor.

Inter. 14. *Quid est Peccatum?*

Discipulus.

Respons. Peccatum est quælibet incongruentia cum Lege Dei, vel ejusdem transgressio [e]. e 1 Joan. 3. 3.

Præceptor.

Inter. 15. *Quodnam fuit illud peccatum, quo parentes nostri protoplasti, de statu illo, in quo sunt creati, deciderant?*

Discipulus.

Respons. Peccatum istud, quo Parentes nostri protoplasti, de statu illo, in quo

τῷ αὐτοῖς φάγεσθαι τὸν καρπὸν τὸν ἀπειρημένον.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 16. Ἆρ᾽ οὖν ἅπαν τὸ γένος Ἀνθρώπινον ἐν τῇ πρώτῃ παραβάσει τοῦ Ἀδὰμ συνέπεσε;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τῆς Διαθήκης πρὸς τὸν Ἀδὰμ συντεθείσης, οὐ μόνον ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀπογόνων· πάντες ἄνθρωποι ἀπ᾽ αὐτοῦ, κατὰ τὸ τῆς φύσεως εἰωθὸς, σπαρέντες, ἥμαρτον ἐν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ, ἐν πρώτῃ τῇ ἐκείνου παραβάσει κατέπεσον.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 17. Εἰς ποταπὴν κατάστασιν τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος κατήνεγκε;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ, ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἁμαρτίας καὶ ταλαιπωρίας κατήνεγκε.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 18. Ἐν τίνι κεῖται τὸ ἁμαρτωλὸν τῆς ἐκείνης καταστάσεως εἰς ἣν τὸ ἀνθρώπινον γένος κατωλίσθησε;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ ἁμαρτωλὸν τῆς ἐκείνης καταστάσεως, εἰς ἣν τὸ ἀνθρώπινον γένος κατωλίσθησε, κεῖται ἐν τῇ ἐνοχῇ τῆς πρώτης ἁμαρτίας τοῦ Ἀδὰμ· καὶ ἐν τῇ τῆς ἐμφύτου δικαιοσύνης ἐνδείᾳ, καὶ ἐν τῇ τῆς ὁλοσχερεῦς φύσεως διαφθορᾷ, ἥτις κοινῶς ἔμφυτος, ἢ προπατορικὴ ἁμαρτία χρηματίζει συνάμα πάσαις ταῖς πρακταῖς ἀνομίαις ἐκ τῆς αὐτῆς ἐκπορευομέναις.

Διδά-

ſunt creati, deciderant, erat fructus prohibiti manducatio [f]. f Gen. 3. 6. 12.

Præceptor.

Inter. 16. *An univerſum genus humanum in primâ* Adami *tranſgreſſione lapſum eſt?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Fœdere cum *Adamo* inito, non tantùm pro ſeipſo, ſed etiam pro poſteris ſuis, omnes homines ab illo, conſueto naturæ ritu ſati, in ipſo peccaverunt, & cum illo in primâ ejus tranſgreſſione lapſi ſunt [g]. g Gen. 2. 16, 17.

Præceptor.

Inter. 17. *Quem in ſtatum* Adami *lapſus humanum genus deduxit?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Adami lapſus humanum genus in peccati & miſeriæ [h] ſtatum deduxit. h Rom. 5. 12. 1 Cor. 15. 11.

Præceptor.

Inter. 18. *In quo conſiſtit pravitas iſtius ſtatus in quem homo lapſus eſt?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Pravitas iſtius ſtatus, in quem homo lapſus eſt, conſiſtit in reatu primi iſtius peccati *Adamici*; tum etiam in originalis Juſtitiæ privatione; necnon, in totius naturæ depravatione, (quæ vulgò peccatum originale, ſive à progenitoribus ortum, nuncupatur;) unà cum omnibus peccatis actualibus indè promanantibus [i]. i Rom. 5. 12. 19. Rom. 5. 10. Epheſ. 1. 1, 2, 3. Jacob. 1. 14, 15. Mar. 15. 19.

Præ-

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 19. Ὁποῖα τίς ἐστιν ἡ ταλαιπωρία τῆς ἐκείνης καταστάσεως ἧ τὸ ἀνθρώπινον γένος περιέπεσε;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος διὰ τοῦ παραπτώματος αὐτοῦ, τῆς πρὸς τὸν Θεὸν κοινωνίας ἀπεστερήθη· καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ὀργῇ, καὶ κατάρᾳ ἔνοχον γεγένηται· κἀντεῦθεν, ἁπάσαις τοῦ παρόντος βίου συμφοραῖς ὑπόχειρον· καὶ μὴν δὴ καὶ τῷ θανάτῳ, καὶ τοῖς τοῦ ᾅδου βασάνοις αἰωνίοις ὑπόχρεων.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 20. Ἆρ' οὖν ὁ Θεὸς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐν τῇ τῆς ἁμαρτίας καὶ ἀθλιότητος καταστάσει παντελῶς ἀπολέσθαι εἴασε;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Θεὸς κατὰ τὴν Εὐδοκίαν τοῦ Θελήματος αὐτοῦ πρὸ καταβολῆς Κόσμου, ἐνίους πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἐκλεξάμενος, τὴν τῆς Χάριτος διαθήκην αὐτοῖς διέθετο, τοῦ ῥύσασθαι αὐτοὺς ἐκ τῆς καταστάσεως τῆς ἁμαρτίας καὶ ταλαιπωρίας· καὶ διὰ τοῦ λυτρωτοῦ ὑψῶσαι αὐτοὺς εἰς τὴν τῆς σωτηρίας κατάστασιν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 21. Τίς ἐστιν ὁ λυτρωτὴς τῶν Ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἐστὶ λυτρωτὴς τῶν Ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ· ὃς ἀΐδιος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὑπάρχων, ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ οὕτως ἀληθῶς ἦν, καὶ Θεάνθρωπος ὢν διατελεῖ, ἐν δυσὶ διακεκριμέναις φύσεσι, καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Διδα-

Præceptor.

Inter. 19. *Quænam est miseria istius status in quem homo lapsus est?*

Discipulus.

Respons. Universum genus humanum lapsu suo, communione cum Deo [k] orbatum est; atque adeò iræ exsecrationíque [l] Divinæ subjectum; & inde, cunctis hujus vitæ calamitatibus, ipsique morti, æternísque cruciatibus [m] obnoxium.

k Gen. 3. 8, 10, 24. l Ephes. 2. 2, 3. Gal. 3. 1. m Lam. 3. 29. Rom. 6. 23. Mat. 25. 41, 46.

Præceptor.

Inter. 20. *Ergóne Deus totum genus humanum in peccati & miseriæ statu prorsus interire sivit?*

Discipulus.

Respons. Cùm Deus ex mero suo Beneplacito, nonnullos ad vitam æternam [n] ab æterno elegisset; gratuitum fœdus cum iis pepigit, ut ex Peccati & Miseriæ statu ipsos eximeret, & in statum salutis per Redemptorem [o] assereret.

n Ephes. 1. 4. o Rom. 3. 20, 21. 22. Gal. 3. 21, 22.

Præceptor.

Int. 21. *Quis est Redemptor Electorum Dei?*

Discipulus.

Respons. Dominus Jesus Christus [p], unus & unicus est Redemptor Electorum Dei. Qui æternus Dei Filius existens, factus est [q] homo, & sic verè fuit, & manet Θεάνθρωπος in duabus distinctis naturis, unáque persona, in æternum [r].

p 1 Tim. 2. 5, 6. q Joan. 1. 14. Gal. 4. 1. r Rom. 9. 5. Luc. 1. 35. Col. 2. 9. Heb. 7. 24, 25.

Præ

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 22. Πῶς ὁ Χριςὸς υἱὸς ὢν τοῦ Θεοῦ, ἄνθρωπ☉ ἐγένετο;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Χριςὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων, ἄνθρωπ☉ ἐγένετο, ἐπιλαμβανόμεν☉ ἑαυτῷ τοῦ ἀληθινοῦ Σώματ☉, καὶ λογικῆς Ψυχῆς συλληφθεὶς διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Πνεύματ☉ Ἁγίου ἐν τῇ γαςρὶ τῆς Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς, ἀλλ' ὅμως χωρὶς ἁμαρτίας.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 23. ὁποῖά τινα ἔργα ὁ Χριςὸς ὡς λυτρωτὴς ἡμῶν ἀναπληροῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Χριςὸς ὡς λυτρωτὴς ἡμῶν, ἀναπληροῖ τὸ ἔργον τοῦ Προφήτου, καὶ τοῦ Ἱερέως, καὶ τοῦ Βασιλέως· ἅμα μὲν ἐν τῇ καταςάσει τῆς ταπεινώσεως αὐτοῦ, ἅμα δὲ καὶ τῆς ὑψώσεως.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 24. Πῶς ὁ Χριςὸς τὸ Προφητικὸν ἔργον ἐπιτελεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Χριςὸς τὸ Προφητικὸν ἔργον ἐπιτελεῖ, ἀποκαλύπτων ἡμῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ Ῥήματ☉, καὶ Πνεύματ☉ αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν.

Διδάσκαλ☉.

Ἐρώτ. 25. Πῶς ὁ Χριςὸς ἐπιτελεῖ τὸ Ἱερατικὸν ἔργον;

Μαθη-

Præceptor.

Inter. 22. *Quomodo Christus Dei Filius existens, factus est homo?*

Discipulus.

Respons. Christus Dei Filius existens factus est homo, verum corpus [f], animamque [t] rationalem sibi assumendo; conceptus virtute Spiritûs Sancti, in utero Virginis *Mariæ*, & ex eâ natus [u], attamen sine peccato [x].

f Heb. 2. 14.
t Mat. 26. 38.
u Luc. 1. 31.
x Heb. 4. 15.

Præceptor.

Inter. 23. *Quænam munera Christus ut Redemptor noster exsequitur?*

Discipulus.

Respons. Christus prout noster est Redemptor, Prophetæ [y], Sacerdotis [z], & Regis * munera exsequitur, tum in humiliationis, tum etiam in exaltationis suæ statu.

y Heb. 3. 2.
z Act. 3. 22.
* Heb. 5. 6.

Præceptor.

Inter. 24. *Quomodo Christus Propheticum munus exsequitur?*

Discipulus.

Respons. Christus Propheticum munus exsequitur, Verbo, & spiritu suo, voluntatem Dei nobis patefaciendo, ad salutem [a] nostram.

a Psal. 2. 6.

Præceptor.

Inter. 25. *Quomodo Christus Sacerdotali munere fungitur?*

Dis-

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Χριστὸς τὸ Ἱερατικὸν ἔργον ἐπιτελεῖ, ἐν τῷ ἐφάπαξ προσφέρειν ἑαυτὸν θυσίαν τοῦ τῇ θείᾳ δίκῃ δίκας ἀξιόχρεως ἐκτῖσαι· καὶ ἐν τῷ καταλλάττειν ἡμᾶς τῷ Θεῷ καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀδιαλείπτως ἐντυγχάνει.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 26. Πῶς ὁ Χριστὸς τὸ Βασιλικὸν ἔργον ἀναπληροῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Χριστὸς τὸ Βασιλικὸν ἔργον ἀναπληροῖ, ἐν τῷ ὑποτάσσειν ἡμᾶς ἑαυτῷ· καὶ ἐν τῷ κυριεύειν καὶ ὑπερασπίζειν ἡμῶν· καὶ ἐν τῷ ἀποκρούειν καὶ καταπολεμεῖν ἀπαξάπαντας τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς ἡμῶν ἐχθρούς.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 27. Ἐν τίνι ἡ τοῦ Χριστοῦ ταπείνωσις ἔκειτο;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ταπείνωσις τοῦ Χριστοῦ ἔκειτο ἐν τῷ αὐτὸν τεχθῆναι, καὶ δῆτα, καὶ ἐν τῇ κάτω καταστάσει, γενόμενον ὑπὸ τὸν νόμον· καὶ ἐν τῷ ὑπομεῖναι τὰς τοῦ παρόντος βίου συμφορὰς, τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καὶ κατάρατον τοῦ Σταυροῦ θάνατον· καὶ ἐν τῷ αὐτὸν ταφῆναι, καὶ ἐν τῷ τὸν αὐτὸν ὑπὸ τὴν τοῦ θανάτου δυναστείαν, πρὸς καιρὸν, ἐπιμεῖναι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 28. Ἐν τίνι ἡ τοῦ Χριστοῦ Ὕψωσις κεῖται;

Discipulus.

Respons. Christus Sacerdotali munere fungitur, seipsum in sacrificio semel offerendo, ut Justitiæ divinæ satisfaceret [a], nósque cum Deo in gratiam restituerit [b]; & pro nobis etiam jugiter intercedendo [c].

a Heb. 9. 28. b Heb. 2. 17. c Heb. 7. 24, 25.

Præceptor.

Inter. 26. *Quomodo Christus Regium munus administrat?*

Discipulus.

Respons. Christus Regium munus administrat, nos utiq; sibimet ipsi subjiciendo [d], itémque regendo [e] & propugnando [f], hostésque suos, perinde ac nostros, debellando [g].

d Act. 15. 14, 15, 16. e Isa. 33. 21. f Isa. 32. 1, 2. g 1 Cor. 15. 25. Ps. 110.

Præceptor.

Inter. 27. *In quo constiterat Humiliatio Christi?*

Discipulus.

Respons. Humiliatio Christi in hoc constiterat, nempe, quòd natus fuerit, idque in humiliore statu [h], factus sub lege [i]; quòd omnes hujus vitæ miserias pertulerit [k]; irámque Divinam [l], mortémque crucis [m] exsecrandam sustinuerit; quòd sepultus fuerit, & aliquantisper sub potestate mortis remanserit [n].

h Luc. 2. 7. i Gal. 4. 4. k Isa. 53. 3. l Mat. 27. 46. m Phil. 2. 8. n Mat. 14. 40.

Præceptor.

Inter. 28. *In quo consistit Christi exaltatio?*

Μαθητής.

'Απόκρ. Ἡ τοῦ Χριστοῦ ὕψωσις περιέχεται, ἐν τῷ αὐτὸν ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἐν τῷ αὐτὸν ἀναβῆναι εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ἐν τῷ καθίζεσθαι αὐτὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ Πατρός· καὶ ἐν τῷ αὐτὸν ἔρχεσθαι κρῖναι τὸν κόσμον ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Διδάσκαλος.

'Ερώτ. 29. Πῶς τῆς ἀπολυτρώσεως κοινωνοῦμεν, τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ περιπεποιημένης;

Μαθητής.

'Απόκρ. Κοινωνοῦμεν τῆς ἀπολυτρώσεως ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ περιπεποιημένης, τῇ ἐνεργητικῇ προσοικειώσει τῆς αὐτῆς ἡμῖν διὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ.

Διδάσκαλος.

'Ερώτ. 30. Πῶς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα προσοικειοῖ ἡμῖν τὴν ἀπολύτρωσιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ περιπεποιημένην;

Μαθητής.

'Απόκρ. Τὸ Πνεῦμα προσοικειοῖ ἡμῖν τὴν ἀπολύτρωσιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ περιπεποιημένην, ἤγουν, ἐν τῷ ἐνεργεῖν τὴν πίστιν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ συνενοῦν ἡμᾶς δι' αὐτῆς τῷ Χριστῷ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐνεργητικῇ κλήσει.

Διδάσκαλος.

'Ερώτ. 31. Τί δῆτ' ἐστιν ἡ ἐνεργητικὴ κλῆσις;

Μαθητής.

'Απόκρ. Ἡ ἐνεργητικὴ κλῆσις ἔργον ἐστὶ τοῦ Πνεύματος

Discipulus.

Respons. Exaltatio Christi in hisce consistit; nempe, quòd tertio die resurrexerit à mortuis [o]; quòd in cœlum ascenderit, & quòd ad dextram Dei Patris sedeat [p]; quòd die novissimo venturus sit ad mundum judicandum [q].

o 1 Cor. 15. 4.
p Mar. 16. 19.
q Act. 17. 31.

Præceptor.

Inter. 29. *Quomodo participamus Redemptionem per Christum acquisitam?*

Discipulus.

Respons. Participamus Redemptionem per Christum acquisitam, virtute Spiritûs Sancti, eandem nobis efficaciter applicantis [r].

r Joan. 1. 12. Tit. 3. 5.

Præceptor.

Int. 30. *Quomodo Spiritus Sanctus Redemptionem per Christum acquisitam nobis applicat?*

Discipulus.

Respons. Spiritus Sanctus Redemptionem per Christum acquisitam nobis applicat, *viz.* ingenerando fidem in nobis [s], nósque per eandem Christo, in vocatione nostra efficaci, uniendo.

s Eph. 2. 8. & 3. 17. 1 Cor. 1. 9.

Præceptor.

Inter. 31. *Quid est vocatio efficax?*

Discipulus.

Respons. Vocatio efficax est opus Spiri-

μαῖος Ἁγίου· διὰ οὗ ὁ Θεὸς ἐλέγχων ἡμᾶς ἁμαρτίαις, καὶ ταλαιπωρίας, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμοὺς φωτίζων ἐν τῇ ἐπιγνώσει τοῦ Χριστοῦ· καὶ τὰς ἡμῶν καρδίας ἀνακαινίζων, ἐπιπείθει, καὶ ἐνισχύει ἡμᾶς πρὸς τὸ ἐναγκαλίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν προσφερόμενον ἡμῖν δωρεὰν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 32. Ποίων δὲ χαρισμάτων οἱ ἐνεργητικῶς κεκλημένοι ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ μετέχουσι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Οἱ ἐνεργητικῶς κεκλημένοι ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ τῆς Δικαιώσεως, Υἱοθεσίας, καὶ Ἁγιασμοῦ μετέχουσι, καὶ ἀλλεπαλλήλοις χαρίσμασι πλουτίζονται ἃ, ἐν τῷ νῦν βίῳ, ἢ τοῖς αὐτοῖς συνακολουθοῦσιν, ἢ ἐξ αὐτῶν ἀναβλύζουσι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 33. Τί ἐστιν ἡ Δικαίωσις;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Δικαίωσίς ἐστιν ἔργον τῆς Εὐδοκίας τοῦ Θεοῦ δι᾽ ἧς, πάντα τὰ πλημμελήματα ἡμῶν συγγινώσκει καὶ προσδέχεται ἡμᾶς ὡς δικαίους ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ μόνην τὴν τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνην ἡμῖν λογισθεῖσαν καὶ μόνῃ τῇ πίστει ἐπιληφθεῖσαν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 34. Τί ἐστιν ἡ Υἱοθεσία;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Υἱοθεσία ἔργον ἐστὶ τῆς Θείας Εὐδοκίας ᾗ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐγκαταλεγόμεθα· καὶ εἰκότως

tûs Sancti [t],quo Deus peccati & miseriæ [u] nos coarguens, mentísque nostræ oculos illuminans [x] in cognitione Christi, nostrásq; voluntates renovans [y], suasionibus nos adducit, viresque nobis sufficit, ad Jesum Christum amplectendum, in Evangelio [z] nobis gratuitò oblatum. t 2 Tim. 1. 9. u Act. 2. 32. x Act. 26. 18. y Ezek. 36. 26. z Joan. 6. 44.

Præceptor.

Inter. 32. *Quænam beneficia in hâc vitâ participant ii qui efficaciter vocantur?*

Discipulus.

Respons. Qui efficaciter vocantur, Justificationem [a], Adoptionem [b], & Sanctificationem [c] in hâc vitâ participant, & variis beneficiis locupletantur, quæ in hâc vitâ, vel comitantur illa, vel ab iis profluunt. a Rom. 8. 30. b Eph. 5. c 1 Cor. 1. 30.

Præceptor.

Inter. 33. *Quid est Justificatio?*

Discipulus.

Respons. Justificatio est actus Beneplaciti Divini, quo Deus omnia nostra peccata nobis condonat [d]; quo etiam in conspectu suo ut justi censemur [e], propter unicam solius Christi justitiam nobis imputatam [f], & per solam fidem receptam [g]. d Ephes. 1. 7. e 2 Cor. 5. 21. f Rom. 5. 19. g Gal. 2. 16. Phil. 3. 9.

Præceptor.

Inter. 34. *Quid est Adoptio?*

Discipulus.

Respons. Adoptio est actus Divini Beneplaciti [g],quo inter Dei filios annumeramur [i], h 1 Joan. 3. 1. i Joan. 1. 12. Rom. 8. 14.

μέτεστιν ἡμῖν πασῶν τῶν προνομιῶν τῶν αὐτῶν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 35. Τί ἐστιν Ἁγιασμός;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἁγιασμός ἐστιν ἔργον τῆς θείας Εὐδοκίας δι' ἧς ὁλοσχερῶς ἀνακαινούμεθα κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνδυναμούμεθα μᾶλλον αἰεί, καὶ μᾶλλον τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖν, καὶ εἰς τὴν δικαιοσύνην βιῶσαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 36. Τίνα δ' ἐστὶ τὰ χαρίσματα ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἃ τῇ δικαιώσει, Υἱοθεσίᾳ, καὶ Ἁγιασμῷ συνακολουθοῦσιν, ἢ ἀπ' αὐτῶν ἀποῤῥέουσι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὰ χαρίσματα, ἃ ἐν τῷδε τῷ βίῳ, τῇ δικαιώσει, Υἱοθεσίᾳ, καὶ Ἁγιασμῷ συνακολουθοῦσιν, ἢ ἀπ' αὐτῶν ἀποῤῥέουσιν, ἐστιν ἀσφαλὴς καὶ βεβαία πεποίθησις ἐπὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· τῆς συνειδήσεως εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ, καὶ προκοπὴ ἐν τῇ χάριτι, καὶ προσκαρτέρησις ἐν αὐτῇ μέχρι τέλους.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 37. Τίνα χαρίσματα οἱ πιστοὶ ἀπολαύουσι τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ θανάτῳ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Αἱ τῶν πιστῶν ψυχαὶ ἐν τῷ θανάτῳ ὁλοτελῶς ἁγιάζονται· καὶ εὐθὺς εἰς τὴν δόξαν μεταβαίνουσι· καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰσαεὶ τῷ Χριστῷ ἑνω-

ἑνω-

& jus habemus ad privilegia illorum omnia.

Præceptor.

Inter. 35. *Quid est Sanctificatio?*

Discipulus.

Respons. Sanctificatio est opus Beneplaciti Divini, quo ad imaginem [k] Dei in totum renovamur & refingimur, & corroboramur, ut magis magísque peccato moriamur, justitiæque vivamus [l]. k 2 Thes. 2. 13. l Ephes. 4. 24. Rom. 8. 1.

Præceptor.

Inter. 36. *Quænam sunt illa beneficia, quæ Justificationem, Adoptionem, & Sanctificationem in hac vita comitantur, vel ab iis profluunt?*

Discipulus.

Respons. Beneficia, quæ Justificationem, Adoptionem & Sanctificationem in hac vita comitantur, vel ab iis profluunt, hæc sunt; nempe, stabilis & firma fiducia de amore Dei; Pax conscientiæ; gaudium in Spiritu Sancto [m]; profectus in gratia; nec-non perseverantia in eâdem ad finem usque [n]. m Rom. 5. 1. n Prov. 4. 8. Joan. 5. 15.

Præceptor.

Inter. 37. *Quænam beneficia fideles in morte sua ex Christo percipiunt?*

Discipulus.

Respons. Animæ fidelium in ipsorum morte consummatissimè sanctificantur [o], & continuò transeunt in gloriam: illorúmque o Heb. 12. 23.

ἑνωθέντα, ἐν τοῖς αὐτῶν τάφοις, μέχρι τῆς Ἀναστάσεως, ἡδέως ἀναπαύονται.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 38. Ποῖά τινα χαρίσματα οἱ πιστοὶ ἐν τῇ Ἀναστάσει τοῦ Χριστοῦ ἀπάντανται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Οἱ πιστοὶ ἐν τῇ Ἀναστάσει ἐγερθέντες ἐν δόξῃ, φανερῶς ἐπιγνωσθήσονται, καὶ ἐν ἡμέρᾳ τῆς Κρίσεως ἀπαλλαγήσονται· καὶ παντελῶς μακάριοι γενήσονται, ἐν τῷ ὁλοκλήρως τοῦ Θεοῦ ἀπολαύειν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 39. Τί ἐστι τὸ καθῆκον, ὅπερ ὁ Θεὸς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ καθῆκον, ὅπερ ὁ Θεὸς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀπαιτεῖ, ἐστι τῷ ἀποκεκαλυμμένῳ θελήματι αὐτοῦ πείθεσθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 40. Τί κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς ἐγνώρισε τῷ ἀνθρώπῳ, ἐφ' ᾧ γενέσθαι αὐτῷ τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ κανόνα;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ κανὼν, ὃν ὁ Θεὸς κατ' ἀρχὰς ἀπεκάλυψε τῷ ἀνθρώπῳ, ἐφ' ᾧ γενέσθαι αὐτῷ τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ κανόνα, ἦν ὁ Νόμος.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 41. Ἐν τίνι ἐστὶν ὁ Νόμος ἀνακεφαλαιοῦται;

Μαθη-

corpora Christo jugiter unita [q], in sepulchris suis ad resurrectionem usquè suaviter quiescunt [r]. q 1 Thes. 4. 14. r Isa. 57. 2. Job 19. 26.

Præceptor.

Inter. 38. *Quænam beneficia perficiunt fideles ex Christo in Resurrectione?*

Discipulus.

Respons. In resurrectione fideles excitati in gloria [s], palàm & agnoscentur, & absolventur in die Judicii [t]; Deóque [u] perfruentes, perfectam felicitatem consequentur in æternum [x]. s 1 Cor. 15. 43. t Mat. 10. 32. u 1 Joan. 3. 2. x 1 Thes. 4. 17.

Præceptor.

Inter. 39. *Quid est id officii quod ab homine Deus exigit?*

Discipulus.

Respons. Officium quod ab homine Deus exigit, est, obedientia voluntati [y] ejus patefactæ præstanda. y Mic. 6. 8.

Præceptor.

Inter. 40. *Quid primitus homini patefecit Deus, ut in obedientiæ normam illi cederet?*

Discipulus.

Respons. Quod primitus homini patefecit Deus, ut in obedientiæ normam illi cederet, erat, Lex [z] moralis. z Rom. 2. 14.

Præceptor.

Inter. 41. *Ubi verò Lex illa Moralis summatim comprehenditur?*

Dis-

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὁ Νόμος ἀνακεφαλαιοῦται ἐν ταῖς δέκα Ἐντολαῖς.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 42. Τί ἐστι τῶν δέκα Ἐντολῶν κεφάλαιον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ κεφάλαιον τῶν δέκα Ἐντολῶν ἐστι, τὸ [τὸν Κύριον, τὸν ἡμέτερον Θεὸν ἀγαπᾷν, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ δυνάμει, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ· καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτούς.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 43. Τί ἐστι τὸ τῶν δέκα Ἐντολῶν Προοίμιον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ τῶν δέκα Ἐντολῶν Προοίμιον, ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασι περιλαμβάνεται· [Ἐγώ εἰμι Κύριος, ὁ Θεός σου, ὅστις ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 44. Τὸ τῶν δέκα Ἐντολῶν Προοίμιον τί διδάσκει ἡμᾶς;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ τῶν δέκα Ἐντολῶν Προοίμιον διδάσκει ἡμᾶς, τοῦτο δηλονότι· Ἐπειδήπερ ὁ Θεός ἐστι Κύριος, καὶ ἡμέτερος Θεὸς, καὶ λυτρωτής· τοιγαροῦν ὑπόχρεῳ ἐσμὲν, τῷ πάσας τὰς αὐτοῦ Ἐντολὰς διαφυλάττειν.

Διδάσκα-

Discipulus.

Respons. Lex illa moralis in decem [a] mandatis summatim continetur. a Deut. 10. 4.

Præceptor.

Inter. 42. *Quid est summa decem mandatorum?*

Discipulus.

Respons. Summa decem mandatorum est, nimirum, [ut diligamus Dominum Deum nostrum, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus nostris; proximum verò sicut nosmet ipsos [b]. b Mat. 22. 37, 38, 39.

Præceptor.

Inter. 43. *Quid est decem Mandatorum Proœmium?*

Discipulus.

Respons. Decem Mandatorum Proœmium hisce verbis comprehenditur, viz. [Ego sum Dominus Deus Tuus, qui eduxi Te ex Terra Ægypti, ex domo servitutis [c].] c Exod. 20. 2.

Præceptor.

Inter. 44. *Quid decem Mandatorum Proœmium nos docet?*

Discipulus.

Respons. Decem Mandatorum Proœmium nos docet, nempe, propterea quòd Deus est Dominus, itémque Deus noster & Redemptor; ideò quàm arctissimè tenemur, ad omnia ejus Mandata custodienda [d]. d Luc. 1. 74, 75. Deut. 11. 1.

Præ-

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 45. Τί δ' ἐστιν ἡ πρώτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πρώτη Ἐντολή ἐστι· [Οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 46. Ἡ πρώτη Ἐντολὴ τί ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πρώτη Ἐντολὴ παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ, τὸ γινώσκειν, καὶ ἐπιγινώσκειν τὸν Θεὸν εἶναι μόνον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ Θεὸν ἡμέτερον, καὶ ὡσαύτως προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν αὐτόν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 47. Τί ἐν τῇ πρώτῃ Ἐντολῇ ἀπαγορεύεται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πρώτη Ἐντολὴ κωλύει ἡμᾶς τὸ ἀρνήσασθαι, ἢ μὴ σέβεσθαι, ἢ καὶ μὴ δοξάζειν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ὡς Θεὸν, καὶ ἡμέτερον Θεόν· ἢ εἰς ἕτερόν τι, ταύτην τὴν λατρείαν καὶ δόξαν μεταφέρειν, τὴν τῷ αὐτῷ μόνῳ ὀφειλομένην.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 48. Τί ἐξαιρέτως διδασκόμεθα ἐκ τούτων τῶν ῥημάτων [ἐνώπιόν μου] ἐν τῇ πρώτῃ Ἐντολῇ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ταῦτα τὰ ῥήματα, [ἐνώπιόν μου] ἐν τῇ πρώτῃ Ἐντολῇ, ὑπομιμνήσκει ἡμᾶς, ὅτι Θεὸς, ὃς τὰ ξύμπαντα καθορᾷ, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἔχειν

ἕτερόν

Præceptor.

Inter. 45. *Quodnam verò est primum Mandatum?* *Discipulus.*

Respons. Primum Mandatum, est, [Non habebis Deos alienos coram me.]

Præceptor.

Int.46. *Quid in primo Mandato exigitur?*

Discipulus.

Respons. Primum Mandatum à nobis exigit, nempe, ut cognoscamus pariter & agnoscamus Deum esse unicum, & verum Deum, Deúmque nostrum [e]; itidémque, ut adoremus eum, & glorificemus. e 1 Chro. 28. 9. Deut. 26. 17. Mat. 4. 10.

Præceptor.

Int.47 *Quid in primo Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Primum Mandatum prohibet nos negare [f] Deum est, aut etiam non adorare & glorificare verum Deum, utì Deus est, nosterque Deus [g]; cultúmque illum, aut gloriam, quæ est illius propria, in aliud quiddam transferre [h]. f Psal. 14. 1. g Rom. 1. 21. h Psl. 81. 10, 11.

Præceptor.

Inter. 48. *Quid hisce verbis* [*coram me*] *in Mandato primo præcipuè docemur?*

Discipulus.

Respons. Hæc verba [coram me] commonefaciunt nos, Deum, cujus oculi cuncta permeant, peccatum habendi alium quemcunq;

Deum

ἕτερόν τινα ὁποιονδηποτοῦν Θεὸν, παρατηρεῖ καὶ περὶ τὴν αὐτὴν ὀρχηλτωδῶς ἔχει.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 49. Τί δ' ἐστιν ἡ δευτέρα Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ δευτέρα Ἐντολή ἐστιν· [Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ζηλωτὴς, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας τῶν πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, τοῖς μισοῦσί με, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 50. Τί ἡ δευτέρα Ἐντολὴ κελεύει;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ δευτέρα Ἐντολὴ κελεύει ἡμᾶς πᾶσαν Θεοσεβῆ λατρείαν, καὶ πάσας τὰς διαταγὰς προσδέχεσθαι, καὶ διατηρεῖν, καὶ φυλάττειν αὐτὰς ἀκεραίως, καὶ ἀνεπιβούλως, καθὼς ὁ Θεὸς ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ κατέστησε.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 51. Τί ἀπαγορεύεται ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐντολῇ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ δευτέρα Ἐντολὴ κωλύει ἡμᾶς Θεοσεβεῖν

Deum animadvertere, & in illud summâ cum indignatione excandescere.

Præceptor.

Int. 49. *Quodnam est Mandatum secundum?*

Discipulus.

Respons. Mandatum secundum est, [Non facies tibi imaginem quamvis sculptilem, aut similitudinem rei cujusvis quæ est in cœlis supernè, aut inferiùs in terris, aut in aquis infra terram; non incurvabis te iis, nec iis servies: siquidem ego Dominus Deus tuus, Deus sum zelotypus, visitans iniquitates patrum in filios, ad tertiam usque quartámque progeniem osorum mei, exhibens verò misericordiam ad millenas usque diligentium me, ác mandata mea observantium [k].]

[k] Exod. 20. 4, 5, 6.

Præceptor.

Inter. 50. *Quid in Mandato secundo exigitur?*

Discipulus.

Respons. Mandatum secundum exigit, ut omnem illum cultum divinum amplectamur, observemus & custodiamus intaminatum & sincerum; illáque instituta omnia, quæ in Verbo suo præcepit Deus [l].

[l] Deut. 32. 46. Mat. 28. 20. Act. 2. 42.

Præceptor.

Inter. 51. *Quid in secundo Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Mandatum secundum prohibet nos insti-

σιβεῖν δι᾽ εἰκόνων, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον ὐκ ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ διαταχθέντα.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 52. Τίνες εἰσὶν αἱ αἰτίαι τῇ δευτέρᾳ Ἐντολῇ προσημμέναι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Αἱ αἰτίαι τῇ δευτέρᾳ Ἐντολῇ προσημμέναι, εἰσὶν αὗται· τὸ τὸν Θεὸν δεσπόζειν ἡμῶν· καὶ τὸ, αὐτὸν ἐξιδιοποιήσασθαι ἡμᾶς ἑαυτῷ· ἅμα δὲ καὶ τὸ, τὸν αὐτὸν ζῆλον ζηλοῦν ἐπὶ τῇ αὐτοῦ λατρείᾳ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 53. Τίς ἐστιν ἡ τρίτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τρίτη Ἐντολή ἐστιν· [Ου λήψῃ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου σου ἐπὶ ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος ὁ Θεός σου τὸν λαμβάνοντα ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 54. Τί ἡ τρίτη Ἐντολὴ παρ᾽ ἡμῶν ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τρίτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ ὁσίαν καὶ σεμνὴν χρῆσιν τῶν ὀνομάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν Προσηγορειῶν αὐτοῦ, προσωνυμιῶν, καὶ διαταγῶν, καὶ λόγου, καὶ ἔργων.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 55. Τί ἐν τῇ τρίτῃ Ἐντολῇ ἀπαγορεύεται;

Μαθη-

instituere cultum Dei per imagines [m], aut per alium quemcunque modum in verbo suo non præscriptum [n]. m Deut. 4. 15. Exod. 32. 58. n Deut. 12. 31, 32.

Præceptor.

Inter. 52. *Quænam sunt Rationes Mandato secundo annexæ?*

Discipulus.

Respons. Rationes Mandato secundo annexæ, sunt hæ; quòd penes Deum in nos imperium [o] sit; quòd peculiare jus in nos habeat [p]; quòd cultûs sui zelo accendatur. o Psal. 25. 2, 3. p Psal. 95. 2. Psal. 45. 11.

Præceptor.

Inter. 53. *Quodnam est tertium Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Tertium Mandatum est; [Nomen Domini Dei tui inaniter non usurpabis; non enim eum pro insonte habebit Dominus, qui nomen ejus inaniter adhibuerit] [q]. q Exod. 20. 7.

Præceptor.

Inter. 54. *Quid tertium Mandatum à nobis exigit?*

Discipulus.

Respons. Tertium Mandatum exigit, ut Dei Nomina [r], Tituli [s], Attributa [t], Instituta [u], Verbum [x], & Opera [y], summa cum reverentia usurpentur. r Mat. 6. 9. Deut. 28. 58. s Psal. 68. 4. t Apoc. 15. 3, 4. u Mal. 1. 11. 4. x Psal. 138. 2. y Job 36. 24.

Præceptor.

Inter. 55. *Quidnam in tertio Mandato prohibetur?*

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τρίτη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει τὸ ἐμβεβηλοῦν πρᾶγμά τι, ἢ τῷ αὐτῷ καταχρῆσθαι, δι᾽ οὗ ὁ Θεὸς δῆλός ἐστιν ἑαυτὸν γνωρίζων.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 56. Τίς ἐστιν ἡ αἰτία τῇ τρίτῃ Ἐντολῇ προσκειμένη;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ αἰτία τῇ τρίτῃ Ἐντολῇ προσκειμένη, ἐστὶν αὕτη· δηλαδὴ κἂν οἱ τούτου τοῦ παραγγέλματος παραβάται τὴν ἐξ ἀνθρώπων τιμωρίαν ἐκφύγωσιν ἀλλ᾽ ὅμως, ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἐάσει αὐτοὺς τὴν δικαιοκρισίαν αὐτοῦ διαφεύγεσθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 57. Τίς ἐστιν ἡ τετάρτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τετάρτη Ἐντολή ἐστι· [μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν Σαββάτων, ἁγιάζειν αὐτήν· Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, Σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· Οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον, σὺ καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου, καὶ ὁ προσήλυτος, ὁ παροικῶν ἐν σοί. Καὶ γὰρ ἐξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα ἐν αὐτοῖς, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· καὶ διὰ τοῦτο εὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.]

Discipulus.

Respons. Tertium Mandatum prohibet nos polluere rem ullam, aut eâdem abuti, per quam Deus seipsum patefacit [z]. z Mal. 2. 2.

Præceptor.

Inter. 56. *Quænam Ratio Mandato tertio est apposita?*

Discipulus.

Respons. Ratio Mandato tertio apposita hæc est; *viz.* quantumvis ii qui huic Mandato non obtemperant, pœnam ab hominibus infligendam effugiant; attamen Dominus qui Deus noster est, neutiquam patietur eos justum ejus Judicium repellere [a]. a 1 Sam. 2. 12.

Præceptor.

Inter. 57. *Quod est quartum Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Quartum Mandatum est; [Memineris diem Sabbati, ut sanctifices eum; sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum; septimus verò dies Sabbatum est Domini Dei tui; opus in eo nullum facies tu, neque filius tuus, neque filia tua, nec servus tuus, nec ancilla tua, neque jumentum tuum, nec hospes tuus, quicunq; intra portas tuas commoratur: nam sex diebus perfecit Dominus Cœlum, Terrámq;, Mare, & quicquid in illis continetur, septimo verò die requievit, quamobrem benedixit Dominus diei Sabbati, eúmq; sanctificavit [b].] b Exod. 20. 8, 9, 10, 11.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 58. Τί ἡ τετάρτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τετάρτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ ἵνα πάντας τοὺς τακτοὺς καιροὺς ὁσίως τῷ Θεῷ φυλάσσωμεν, οὓς αὐτὸς ἐν τῷ Λόγῳ αὐτοῦ προσέταξε· καὶ ῥητῶς, μίαν τὴν ὅλην ἡμέραν ἐκ τῶν ἡμέραις ἑπτὰ ὥστε γενέσθαι τὸ Ἅγιον Σάββατον αὐτῷ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 59. Πόστην τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διέταξεν ὁ Θεὸς, ὥστε εἶναι τὸ Σάββατον ἑβδομαδαῖον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου μέχρι τῆς Ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὁ Θεὸς τὴν ἑβδόμην ἑβδομάδος ἡμέραν διέταξε, ὥστε εἶναι τὸ Σάββατον ἑβδομαδαῖον· καὶ ἀπὸ τότε, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τὴν πρώτην ἑβδομάδος ἡμέραν διαμένειν· ἥτις ἐστὶ τὸ τῶν Χριστιανῶν Σάββατον.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 60. Πῶς ἁγιαστέον ἐστὶ τὸ Σάββατον;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Τὸ Σάββατον ἁγιαστέον ἐστὶν ἐν τῷ εὐσεβῶς ἀναπαύεσθαι ὅλην τὴν ἐκείνην ἡμέραν ἐκ πασῶν τῶν κοσμικῶν πραγματειῶν καὶ παιδιῶν, ἄλλοτε μὲν οὐκ ἀνόμων οὐσῶν· καὶ ἐν τῷ τὸν ὅλον καιρὸν δημοσίᾳ τε, καὶ ἰδίᾳ, ἐπὶ τοῖς τῆς Θεοσεβείας ἱερουργίαις

Præceptor.

Inter. 58. *Quid quartum Mandatum exigit?*

Discipulus.

Respons. Quartum Mandatum exigit, ut omnia illa stata tempora Deo sanctè custodiamus, quæ in verbo suo nobis ipse præcepit; disertè verò, ex diebus septem unum integrum in sanctum Sabbatum ipsi consecrandum [c]. c Deut. 5. 12.

Præceptor.

Inter. 59. *Quotum ex diebus septem constituit Deus, ut esset in Sabbatum Hebdomadale?*

Discipulus.

Respons. A primordio mundi usque ad resurrectionem Christi, septimum Hebdomadis diem, ut esset in hebdomadale Sabbatum constituit Deus; inde verò, primum septimanæ diem ad consummationem seculi permanere, qui est Christianorum Sabbatum [d]. d Gen. 2. 2, 3. Act. 20. 7.

Præceptor.

Inter. 60. *Quo modo est Sabbatum sanctificandum?*

Discipulus.

Respons. Sabbatum est sanctificandum piè requiescendo totum illum diem, etiam ab illis mundanis occupationibus, & oblectamentis, quæ quidem aliàs licita sunt; [e] totúmq; tempus illud, in [f] publicis privatísq; Divini e Lev. 23. 3. f Mat. 2. 11.

 cultûs

αις καταναλίσκειν, πλὴν ὅσον περ δεῖ ἐπὶ τοῖς τῆς ἀνάγκης, καὶ τοῦ ἐλέους ἔργοις κατατρίβεσθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 61. Τί ἐν τῇ τετάρτῃ Ἐντολῇ ἀπαγορεύεται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ τετάρτη Ἐντολὴ κωλύει ἡμᾶς, ἢ τὰ δέοντα παρ' ἡμῶν ἀπαιτούμενα τοπαράπαν παραλιπεῖν, ἢ πρὸς τὰ αὐτὰ ὀλιγώρως ἔχειν· καὶ ἔτι κωλύει ἡμᾶς τὴν ἡμέραν βεβηλοῦν ἐν τῷ ῥαθυμεῖν· εἴτε ἐν τῷ πράττειν τι ἀφ' ἑαυτοῦ ἁμαρτωλόν· εἴτε διὰ κενῶν ἐνθυμήσεων, ἢ ματαιολογίας, εἴτε τῶν ἐργασιῶν μηδαμῶς ἀναγκαίων περὶ τὰς πραγματείας, τὰς κοσμικὰς, ἢ παιδιάς.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 62. Τίνες εἰσὶν αἱ αἰτίαι τῇ τετάρτῃ Ἐντολῇ προστεθεῖσαι;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Αἱ αἰτίαι τῇ τετάρτῃ Ἐντολῇ προστεθεῖσαι εἰσὶν αὗται· τὸ, τὸν Θεὸν ἓξ συνεχεῖς ἡμέρας, ἡμῖν, πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἴδια ἡμῶν πράγματα χαρίσασθαι· καὶ τὴν ἑβδόμην ἑαυτῷ ἐξιδιοποιήσασθαι· καὶ τὸ, τὴν αὐτὴν τῷ ὑποδείγματι τῷ ἰδίῳ, καὶ μιᾷ καὶ τῇ ἀπ' αὐτοῦ εὐλογίᾳ ἐπικυρώσασθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 63. Τίς ἐστιν ἡ πέμπτη Ἐντολή;

Μαθητής.

cultûs exercitiis insumendo; excepto, quantum in necessitatis & misericordiæ operibus est conterendum [g]. [g] Luc. 4. 16.

Præceptor.

Inter. 61. *Quid in quarto Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Quartum Mandatum prohibet nos aut planè missa facere, aut etiam remissiùs obire indicta diei munia [h]; Diemve polluere, vel segniter otiando [i], vel perpetrando quidpiam quod suâpte naturâ pravum [k] est; vel vanis cogitationibus, vel vaniloquentiâ, vel operationibus nullo modo necessariis [l], circa negotia mundana, vel oblectamenta.

[h] Ezek. 22. 26. [i] Act. 20. 7, 9. [k] Ezek. 23. 38. Act. 20. 7, 9. [l] Jer. 17. 24.

Præceptor.

Inter. 62. *Quænam sunt Rationes Mandato quarto subnexæ?*

Discipulus.

Respons. Rationes Mandato quarto appositæ sunt hæ; quòd Deus sex dies continuos ad res nostras gerendas nobis indulserit [m]; quòd peculiari jure diem septimum sibi vendicârit; quòd Exemplo suo, & Benedictione [n] suâ asseruerit.

[m] Exod. 20. 9. [n] Gen. 2. 3.

Præceptor.

Inter. 63. *Quodnam est quintum Mandatum?*

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πέμπτη Ἐντολή ἐστι· [τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ γῆς ἀγαθῆς, ἧς ὁ Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσι σοι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 64. Τί ἡ πέμπτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πέμπτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ, τῇ τιμῇ τοῦ ἑνὸς ἑκάστου ἐπαμύνειν· καὶ ποιεῖν τὰ δέοντα πρὸς ἕνα ἕκαστον ἁρμόζοντα, κατὰ τὴν τάξιν καὶ ἀξίαν αὐτῶν· εἴτε κρείττους ἡμῶν εἰσιν εἴθ' ἥττους, εἴτ' ἰσότιμοι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 65. Τί ἐν τῇ πέμπτῃ Ἐντολῇ ἀπείρηται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ πέμπτη Ἐντολὴ κωλύει ἡμᾶς ἀμελῶς ἔχειν πρὸς τὴν τοῦ πλησίον τιμήν· ἢ ὁτιοῦν μηχανήσασθαι κατὰ τῆς αὐτῆς, καὶ τοῦ δέοντος ἑνὶ ἑκάστῳ, κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν τάξιν καὶ ἀξίαν, ὀφειλομένου.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 66. Τίς ἐστιν ἡ αἰτία τῇ πέμπτῃ ἐπισυναπτομένη;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ αἰτία τῇ πέμπτῃ Ἐντολῇ ἐπισυναπτομένη, ἐστὶ, τῆς μακροχρονιότητος, καὶ εὐημερίας ἐπαγγελία

Discipulus.

Respons. Quintum Mandatum est; [Honora Patrem tuum, ac Matrem tuam, ut prolongentur dies tui in terra illa, quam tibi largitur Dominus Deus tuus [o].] o Exod. 20. 12.

Præceptor.

Inter. 64. *Quid est quod quintum Mandatum exigit?*

Discipulus.

Respons. Quintum Mandatum exigit, ut honorem cujusque tueamur, officiaque præstemus unicuique idonea, pro loci vel ordinis sui dignitate; sive superiores [p] sunt, sive inferiores [q], sive honore pares [r]. p Eph. 5. 21. q 1 Pet. 2. 7. r Rom. 12. 10.

Præceptor.

Inter. 65. *Quid in quinto Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Quintum Mandatum prohibet proximi nostri honorem neglectui habere; vel machinari quippiam adversus eundem, & id officii, quod unicuique pro loci sive ordinis sui dignitate debetur [f]. f Rom. 16. 7, 8.

Præceptor.

Inter. 66. *Quænam Mandato quinto est annexa Ratio?*

Discipulus.

Respons. Ratio Mandato quinto annexa est; longævitatis, rerúmque secundarum promissio,

ἐπαγγελία (ἐφ' ὅσον γε εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν συμφέρ[ει] καὶ τοῖς αὐτοῖς λυσιτελήσῃ) πᾶσι τοῦτο τὸ ἀπάγγελμ[α] ἐπιτηροῦσι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 67. Τίς ἐστιν ἡ ἕκτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἕκτη Ἐντολή ἐστιν· [οὐ φονεύσεις.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 68. Τί ἡ ἕκτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἕκτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ, ἵνα ἡμεῖς μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς νομίμως ἰδίαν ἡμῶν ζωὴν καὶ τὴν ἄλλων ἐπιτηρῶμεν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 69. Τί ἀπαγορεύεται ἐν τῇ ἕκτῃ Ἐντολῇ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἕκτη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει τὴν αὐτοχειρίαν· καὶ τὸ τοὺς πέλας ἀνόμως φονεύειν· καὶ πᾶν ὅτι ἂν ἐκεῖσε συντείνει.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 70. Τίς ἐστιν ἡ ἑβδόμη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἑβδόμη Ἐντολή ἐστιν· [οὐ μοιχεύσεις.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 71. Τί ἡ ἑβδόμη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθη-

promissio, (nempe, quatenus ad gloriam Dei conferant, & in rem ipsorum cedant) cunctis qui huic mandato obsequuntur [t]. t Eph. 6. 2, 3.

Præceptor.

Inter. 67. *Quod est sextum Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Sextum Mandatum est [Non occides [u].] u Exod. 20. 13.

Præceptor.

Inter. 68. *Quid in sexto Mandato exigitur?*

Discipulus.

Respons. Sextum Mandatum exigit, ut nos licito omni studio & diligentiâ [x], ad nostram propriam, aliorumque vitam conservandam incumbamus. x Eph. 5. 28, 29.

Præceptor.

Inter. 69. *Quid sexto Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Sexto Mandato prohibetur nobismet ipsis mortem consciscere, aut injustè proximum nostrum è medio tollere; necnon quicquid eò conferat [y]. y Act. 16. 28.

Præceptor.

Inter. 70. *Quod est septimum Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Septimum Mandatum est, [Non Mœchaberis [z].] z Exod. 20. 14.

Præceptor.

Inter. 71. *Quid in septimo Mandato exigitur?*

Dis-

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἑβδόμη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ, ἵνα τὴν ἰδίαν ἡμῶν, καὶ τὴν τοῦ πλησίον ἁγνότητα ἀμίαντον διασώζωμεν, τῷ νοΐ, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῇ ἀναστροφῇ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 72. Τί ἐν τῇ ἑβδόμῃ Ἐντολῇ ἀπαγορεύεται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἑβδόμη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει πάντας τοὺς ἀσελγεῖς λογισμοὺς, καὶ λόγους, καὶ πράξεις.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 73. Τίς ἐστιν ἡ ὀγδόη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ὀγδόη Ἐντολή ἐστιν [οὐ κλέψεις.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 74. Τί ὀγδόη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ὀγδόη ἐντολὴ ἀπαιτεῖ, τὸ τὰ χρήματα καὶ ἐκτὸς ἀγαθὰ νομίμως προνοεῖσθαι, καὶ ἐπαυξάνειν, ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἄλλων.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 75. Τί ὀγδόη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ὀγδόη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει πάνο-

Diſcipulus.

Reſponſ. Septimum Mandatum exigit, ut noſtram propriam, proximíque noſtri pudicitiam, corde, ſermone, & converſatione, integram & illibatam conſervemus [a]. a 1 Cor. 7. 2.

Præceptor.

Inter. 72. *Quid ſeptimo Mandato prohibetur?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Septimum Mandatum prohibet impudicas omnes cogitationes, ſermocinationes, & actiones [b]. b Mar. 15. 19. & 5. 28.

Præceptor.

Inter. 73. *Quid eſt octavum Mandatum?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Octavum Mandatum eſt; [Non furaberis [c].] c Exod. 20. 15.

Præceptor.

Int. 74. *Quid octavum Mandatum exigit?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Octavum Mandatum exigit, ut in opibus, externíſque bonis, tum cogendis, tum augendis, pro nobiſmet ipſis [d], & aliis, licitis duntaxat utamur mediis. d Rom. 12. 17 Prov. 27. 23.

Præceptor.

Inter. 75. *Quid octavo Mandato prohibetur?*

Diſcipulus.

Reſponſ. Octavum Mandatum prohibet quic-

τοῦν τὰ ἴδια ἡμῶν ἢ τὰ τοῦ πλησίον ὑπάρχοντα καὶ ἐκ-
τοὺς ἀγαθὰ ἀδίκως ἐμποδίζει, ἢ γένοιτ' ἂν αὐτοῖς ποτ' ἐμποδών.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 76. Τίς ἐστιν ἡ ἐννάτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἐννάτη Ἐντολή ἐστιν· [οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.]

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 77. Τί ἡ ἐννάτη Ἐντολὴ προστάττει ἡμῖν;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἐννάτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ, τὸ τῇ ἀληθείᾳ μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν, καὶ τοῦ πλησίον εὐφημίᾳ ἐπαγωνίζεσθαι· μάλιστα δὲ, ἐν τῷ μαρτυρίαν παρέχεσθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 78. Τί ἐν τῇ ἐννάτῃ Ἐντολῇ ἀπαγορεύεται;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ ἐννάτη Ἐντολὴ ἀπαγορεύει πανοποῖον ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀντικείμενον, ἢ τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν, ἢ τῇ τοῦ πλησίον εὐφημίᾳ ὑβριστικόν.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 79. Τίς ἐστιν ἡ δεκάτη Ἐντολή;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Ἡ δεκάτη Ἐντολή ἐστιν· [οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὔτε τὴν οἰκίαν, οὔτε ἀγρὸν αὐτοῦ, οὔτε τὸν παῖδα, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ,

quicquid per injuriam, facultates, externáq; bona nostra propria, aut aliena, vel impedit, vel aliquando iis impedimento esse possit [e]. e Prov. 21. 17. Eph. 4. 28.

Præceptor.

Inter. 76. *Quod est nonum Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Nonum Mandatum est, [Non eris adversus proximum tuum testis mendax [f].] f Exod. 20. 16.

Præceptor.

Inter. 77. *Quid nonum Mandatum exigit?*

Discipulus.

Respons. Nonum Mandatum exigit ut pro veritate inter homines [g]; itémque pro nostra, proximique nostri existimatione decertemus; imprimis autem in testimonio perhibendo [h]. g Zach. 8. 16. h Prov. 14. 5.

Præceptor.

Inter. 78. *Quid nono Mandato prohibetur?*

Discipulus.

Respons. Nonum Mandatum prohibet quicquid ullo modo veritati [i] obsistit, & quicquid insuper est propriæ nostræ existimationi, vel alienæ contumeliosum. i Rom. 3. 13.

Præceptor.

Inter. 79. *Quod est decimum Mandatum?*

Discipulus.

Respons. Decimum Mandatum est; [Non concupisces domum proximi tui, non concupisces uxorem proximi tui, non servum, non an-

τῦ, ὔτε τῦ βοὸς αὐτῦ, ὔτε ὅσα τῦ πλησίον σῦ ὄξι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 80. Τί ποτ' ἡ δεκάτη Ἐντολὴ ἀπαιτεῖ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Δεκάτη Ἐντολὴ παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ τὸ τοῖς παρῦσιν ἀρκεῖσθαι, κὶ αὐτοῖς ἐπαναπαύεσθαι κὶ πρὸς τ̃ πέλας, κὶ πάντα ὅσα αὐτῦ ὄξιν, ὀρθῶς κὶ εὐμθυμῶς διατίθεσθαι.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 81. Τί ποτ' ἀπαγορεύεται ἐν τῇ δεκάτῃ Ἐντολῇ;

Μαθητής.

Ἀπόκρ. Δεκάτη Ἐντολὴ τὸ μεμψιμοιρεῖν ὅλως ἀπαγορεύει· φθονεῖν τε κὶ λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ τῦ πλησίον ἀγαθῷ· κὶ ἀτάκτως ὁρμᾶσθαι, κὶ κεχηνέναι πρὸς ὁποῦν χρῆμα τῦ αὐτῦ.

Διδάσκαλος.

Ἐρώτ. 82. Μῶν τις τῶν ἀνθρώπων οἷός ὄξι τὰς ἐντολὰς τῦ Θεῦ ἐς τὸ παντελὲς διαφυλάττειν;

Μαθητής.

